Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



140

CAPITVLVM

mitrati cum rota. multitudo po
pulorum lorica & clypeo & galea. ar
mabuntur contra te undique. Et
dabo coram eis iudicium. & iudi
cabunt te iudiciis suis. Et ponam zelum
meum in te. quem exercent tecum
in furore. Nasum tuum & aures tu
as precident. & que remanserit gla
dio cadent. Filios tuos & filias
tuas capient. & nouissimum tu
um deuorabit ignis. Et denudabit
te uestimentis tuis. & tollent uasa
gloriae tuae. & requiescere faciam scel
ua de te. & fornicationem tuam de
terra egypti. Nec leuabis oculos tuos
ad eos. & egypti non recordabis am
plius. quia hec dicit dominus ds.
Ecce ego tradam te in manus eorum
quos odisti. in manus de quibus fastidita
est anima tua. & agent tecum in o
dio. & tollent omnes labores tuos.
& dimittent te nuda. & ignominia
plena. & revelabit ignominia for
nicationum tuarum. Scelus tuum &
fornicationes tuae fecerunt hi tibi.
quia fornicata es post gentes.
inter quas polluta es in idolis
eorum. In via sororis tue ambulasti.
& dabo calicem eius in manu tua.
Hec dicit dominus ds. Calicem
sororis tue bibes profundum &
latum. erit in derisum & in sub
sannationem. quem capacissima
est. & dolore repletus. et calicem
meroris & tristitie. calice so
ris tue samarie bibes. & potabis
illum usque ad feces. & fragmenta
eius deuorabis. & ubera tua lacera
bis. quia ego locutus sum ait do
minus deus. Propter hec dicit dominus
Quia oblita es mei. & proiecisti p
corpus tuum me. tu quoque porta
scelus tuum & fornicationes tuas.
Et ait dominus ad me dicens. Fili
hominis. numquid ooliam iudicas
& ooliba. & annuntias eis scelera
eorum. quia adulteri sunt. & sanguis
in manibus eorum. & cum idolis suis
fornicati sunt. insuper & filios suos
quos genuerunt mihi. obtu
lerunt eis ad deuorandum. Sic & hoc
fecerunt mihi. Polluerunt sanctua
rium meum in die illa. & sabbata
mea profanauerunt. Cum quoque immola
rent filios suos idolis suis. & in
gressi sunt sanctuarium meum in die
illa. ut polluerent illud. ecce hoc
fecerunt in medio domus mee. Mi
serunt ad uiros uenientes de lon
ge. ad quos nuntius missus erat. Ita
que ecce uenerunt. quibus te lauisti
& circumlenisti stibio oculos tuos.
& ornata es munde muliebri. Se
disti in lecto pulchrimo. & mensa
ordinata est ante te. thymiama
meum & unguentum meum posuis
ti super eam. & uox multitudinis
exultantis erat in ea. Et iuuenis
quidem multitudine hominum
adducebantur. & uenebant de de
sero. & posuerunt armillas in manibus
eorum. & coronas speciosas in capiti
bus eorum. Et dixi ei que attrita est
in adulteriis. nunc fornicabit in for
nicatione sua etiam hec. Et ingressi
sunt ad eam qui ad mulierem mer
cem. Sic ingrediebantur ad ooliam.
& ad ooliba. mulieres nefarias.
Viri quoque iusti sunt iudicia
bunt eas iudicio adulterarum. & iu
dicio effundentium sanguinem. quia
adulteri sunt. & sanguis in manibus
earum. cum idolis suis fornicati
sunt. Hec enim dicit dominus ds.